UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

D[omi]nica xxiij. post penth. Jntroitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

latio: τ a proprijs nos reatib⁹
ideſinēter expediat: τ ab oib⁹
tueatur aduerſis. Per. Cōio.
Ego clamaui quoniam exaudi-
ſti me de⁹: inclina aurem tuam τ
exaudi verba mea. Poſtcōmū.

Sumpſim⁹ domine ſacri
dona myſterij hūiliter d
precantes: vt que in tui cōme
moratiōe nos facere precepi-
ſti: in nr̄e proficiāt infirmita-
tis auxilium. Qui vi. Dñica
xxiij. poſt penthe. Introitus.

Dicit dn̄s: ego cogito
cogitationes pacis τ
non afflictiōis: inuo
cabitis me: τ ego ex
audiā vos: τ reducā captiuitatē
veſtrā de cūctis locis. ps. Bene-
dixiſti domine terram tuā auerti
ſti captiuitatē iacob. ℣. Gloria.

Abſolue dn̄e Oratio.
q̄s tuoꝝ delicta ppłoꝝ
τ a peccatoꝝ nr̄oꝝ nexibus:
que ꝑ nr̄a fragilitate ↄtraxi-
mus: tua benignitate libere-
mur. Per. Epiſtola ad phi-

Fr̄es: lippenſes: iij. ca.
Imitatores mei eſtote: τ
obſeruate eos q ita ambulant
ſicut habetꝭ formā nr̄am. Mul
ti eni ambulāt: quos ſepe dice
bā vobis: nūc aūt τ flēs dico
inimicos crucis xp̄i: quoꝝ fi-
nis interitus: quoꝝ de⁹ vēter
eſt: τ gloria in cōfuſiōe ipſorū
qui terrena ſapiunt. Nr̄a aūt
cōuerſatio in celis eſt. Unde
etiam ſaluatorem expectam⁹
dn̄m nr̄m ieſum xp̄m: qui re-
formabit corpus humilitatis
nr̄e cōfiguratum corpori cla-
ritatis ſue: ſcd̄m operationē
qua poſſit etiā ſubijcere ſibi
omnia. Itaq͡ȝ fratres mei cha
riſſimi τ deſideratiſſimi gau
dium meū τ corona mea: ſic
ſtate i dn̄o chariſſimi. Eucho
diam rogo: τ ſynticem depre-
cor idipſū ſapere in dn̄o. Etiā
rogo τ te germane cōpar: ad-
iuua illas que mecū laborauē
rūt i euāgelio cū clemēte τ ce
terꝭ coadiutorib⁹ meis. Quo-
rū noīa ſūt in libro vite. Gra.
Liberaſti nos dn̄e ex affligētib⁹
nos: τ eos q nos oderūt ↄfudiſti
℣. In deo laudabimur tota die.
τ noī tuo confitebimur in ſecla.
Alla. ℣. De pfūdis clamaui ad
te dn̄e dn̄e exaudi vocem meam.
Scd̄m mattheū .ix. capitulo.

In illo tēpore: Loquente
ieſu ad turbas: ecce prin
ceps vn⁹ acceſſit: τ adorabat
eū dicens: Dn̄e filia mea mo-
do defūcta eſt: ſed veni impo-
ne manū tuā ſup eam: τ viuet
Et ſurgens ieſus ſequebatur
eum: τ diſcipuli eius. Et ecce
mulier que ſanguinis fluxū
patiebat annos duodecim ac-

ceſſit retro:ꝛ tetigit fimbriam
veſtiméti eius. Dicebat enim
intra ſe: Si tetigero tm̄ veſti/
mentū eius:ſalua ero. At ie/
ſus cōuerſus ꝛ vidēs eā dixit
Cōfide filia:fides tua te ſaluā
fecit. Et ſalua facta eſt mulier
ex illa hoꝛa. Et cū veniſſet ie
ſus in domū pꝛincipis ꝛ vidiſ
ſet tibicines ꝛ turbā tumultu/
antē dicebat: Recedite. Non
eni eſt moꝛtua puella:ſed doꝛ
mit. Et deridebant eū. Et cū
eiecta eſſet turba:intrauit ꝛ te
nuit manuꝫ eius. Et ſurrexit
puella. Et exijt fama hec in
vniuerſam terrā illā. Offer.
De ꝓfundis clamaui ad te dñe
dñe exaudi vocē meā:de ꝓfūdis
clamaui ad te domine. Secre.

PRo noſtre ſeruitutiſ au
gmento ſacrificiuꝫ tibi
dñe laudis offerimꝰ:vt qḋ in
meritis cōtuliſti:ꝓpitius exe/
quaris. P. Cōio. Amen dico
vobis quicquidꝰ oꝛantes petitis
credite quia accipietis ꝛ fiet vob.

QUeſumꝰ Poſtcōmu.
oƥs deus:vt quos diui
na tribuis participatiōe gau
dere:humanis nō ſinas ſub/
iacere periculis. P. Dñica
xxiiij. poſt penthecoſtes:offi/
ciū reſumit̄ d̄ dñica pterita.ſ.
Dicit dominus ego cogito cogi/
tationes pacis ꝛc. Oꝛatio.

EXcita dñe qs̄ tuoꝝ fi/
deliū volūtates:vt diui
ni operis fructū ꝓpēſius exe/
quētes:pietatis tue remedia
maioꝛa percipiant. Per dñꝫ.
Epiſtola ad coloſſenſes.j.ca.

FRatres: Nō ceſſamus
pꝛo vobis oꝛantes ꝛ po
ſtulātes:vt impleamini agni
tione voluntatis dei:in omni
ſapiētia ꝛ intellectu ſpiritua/
li:vt ambuletis digne:deo ꝑ
omnia placētes:in omni ope/
re bono fructificantes:ꝛ cre/
ſcentes in ſcientia dei. In om
ni virtute cōfoꝛtati ſm̄ poten
tiam claritatis eius. In omni
patientia ꝛ longanimitate:cū
gaudio gratias agētes deo et
patri:qui dignos nos fecit in
partē ſoꝛtis ſanctoꝝ in lumi/
ne:qui eripuit nos de poteſta
te tenebꝛarū:ꝛ trāſtulit in re/
gnum filij dilectionis ſue:in
quo habemus redēptioneꝫ et
remiſſionē peccatoꝝ. In chꝛi
ſto ieſu dño noſtro. Gradua.
Liberaſti nos. fol.152. Scdm̄
matheum.xxiiij.caplo

IN illo tēpe: Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Cum videri/
tis abominationē deſolatiōis
que dicta eſt a daniele ꝓphe/
ta:ſtantē in loco ſancto:qui le
git intelligat. Tunc qui in iu/
dea ſunt fugient ad montes:

τ qui in tecto nō deſcendant
tollere aliquid de domo ſua:
τ qui in agro non reuertatur
tollere tunicā ſuā. Ve autez
pregnantibus τ nutrientibus
in illis diebus. Orate autem
vt non fiat fuga veſtra hyeme
vel ſabbato. Erit enim tūc tri
bulatio magna: qualis non
fuit ab initio mundi vſq; mo-
do: neq; fiet. Et niſi breuiati
fuiſſent dies illi: non fieret ſal
ua omnis caro. Sed propter
electos breuiabunt dies illi.
Tunc ſi quis vobis dixerit: ec
ce hic eſt xp̄s: aut illic: nolite
credere. Surgent eniz pſeu-
do chriſti: τ pſeudo ꝓphete: τ
dabūt ſigna magna τ ꝓdigia:
ita vt in errorem inducant ſi
fieri poteſt: etiam electi. Ecce
predixi vobis. Si ergo dixe-
rint vobis: ecce in deſerto eſt:
nolite exire. Ecce in penetra-
libus: nolite credere. Sicut
enim fulgur exit ab oriēte: et
paret vſq; in occidentem: ita
erit aduentus filij hoīs. Ubi-
cūq; fuerit corp⁹ illic congre
gabunt τ aquile. Statim aūt
poſt tribulatiōem dierꝫ illorū
ſol obſcurabit: τ luna nō da-
bit lumen ſuū: τ ſtelle cadent
de celo: τ virtutes celoruz cō
mouebunt. Et tūc apparebit
ſignum filij hominis in celo
Et tunc plangent omnes tri-
bus terre: et videbunt filium
hominis venientem in nubi-
bus celi cum virtute multa et
maieſtate. Et mittet angelos
ſuos cum tuba τ voce magna
τ congregabunt electos eius
a quattuor ventis: a ſummis
celorꝫ vſq; ad terminos eorꝫ.
Ab arbore autem fici diſcite
parabolam: Cum iam ram⁹
eius tener fuerit τ folia nata:
ſcitis quia prope eſt eſtas. Ita
τ vos cum videritis hec om-
nia: ſcitote quia ꝓpe eſt in ia-
nuis. Amen dico vobis: quia
non preteribit generatio hec:
donec omnia fiant. Celum et
terra tranſibunt: verba autez
mea non preteribunt. Offer.
De profundis. Secreta.
Propitius eſto domine
ſupplicatiōibus noſtris: τ po
puli tui oblationibus: preci-
buſq; ſuſceptis: omnium no-
ſtruz ad te corda conuerte: vt
a terrenis cupiditatibus libe
rati: ad celeſtia deſideria tran
ſeam⁹. Per dominū noſtruz.
Coīo. Amen dico. Poſtcōio.
Concede nobis domine
queſum⁹: vt per hec ſa-
cramēta que ſumpſimus: qc-
quid in nobis vitioſum eſt: ip
ſius medicationis bono cure
tur. Per dn̄m no. R. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN